in folio 1589. & Pampilonæ an. 1585. in fol.

JOANNES BAPTISTA MARCHESANUS Tiphernas & Civis Romanus, J.U.D.

De ſententiarũ ſpeciebus earumq; differentiis & quomodo cognoſcantur, tractatus. Romæ 4. ap. hæredes Antonii Bladi an. 1583.

JOANNES de PAYVA Conimbricenſis, ejusdemque Academiæ in Theologicis Magiſter.

Doctrinale S. Scripturæ. Conimbricæ anno 1631.

JVLIVS CÆSAR CAPACIUS urbi Neapolitanæ à ſecretis.

Illuſtrium Mulierum & illuſtrium literis Virorum Elogia. Neapoli ap. Joan. Jacobum Carlinum 1608. 4.

Hiſtoria Neapolitana in 419. 4. Neapoli anno 1607. ap. eundem.

Antichita di Pozzuolo. 8. Romæ anno 1652.

MARCVS ANTON. MAJORAGIVS anteà Antonius Maria Comes dictus. Natus anno 1514. Obiit Mediolani anno 1555. ubi juventutem erudierat, anno ætatis XLI. *Vide de eo Thuanum lib. XVI. & Hanckium Lib. I. cap. 53*

Orationes XXV. & Præfationes XIV. Lipſiæ 8. 1651.

MATTHÆVS CANTACVZENVS. Expoſitio in canticum Canticorum græcè cum interp. & notis Vincentii Riccardi Romæ fol. 1626.

NICOLAVS GRVCHIVS Luteti primum & Burdigalæ; dein Conimbricæ primus Ariſtotelẽ græcè eſt interpretatus. Obiit Rupellæ an. 1572.

Diſſertatio quæ Sigonio reſpondet ad duas reprehenſiones, alteram de binis Comitiis, alteram de Curiata Lege Romanorum. Bononiæ Typis Alex. Benatii 1566. in 4.

PALÆPHATVS Peripateticus. [illegible] ſive de incredibilibus Liber græcè cum verſione & notis Cornelii Tollii. *Amſtelod.* an. 1649.

Idem græcè cum int. Latinæ ac Notis Martini Brummeri Græcæ L. in acad. Vpſalienſi Profeſſoris in 8. Vpſaliæ an. 1663.

PETRVS BELLORIVS.

Vitæ Pictorum, ſculptorum & architectorum Italorum hodiernorum. Romæ 1642. in 4.

PLINII antiquis editionibns ſupra recenſitis addendæ.

Parmæ anno 1476. in folio regali apud Stephanum Corallum.

Venetiis apud Thomam de Blavis anno 1491. in fol.

Tarviſii anno 1479. *cujus meminit Cigalinus diſſ. 1. p. 5. de patria Plinii.*

SCIPIO CLARAMONTIVS. Della ragione di ſtato 4. in Florenza, an. 1635.

SEXTVS Jul. FRONTINVS. Stratagematum lib. IV. Sam. Tennulius cum MSS. contulit emendavit & notis illuſtravit Lugduni Bat. apud Gaesbeeckios 12. 1675.

SOCRATIS Antiſthenis & aliorum Socraticorum Epiſtolæ græcè & Latine editæ cum Notis Leonis Allatii. Pariſiis 1637. 4.

VINCENTIVS MIRABELLA Antiqua Siracuſa, con alcune ſcelte Medaglie d'eſſe & de Principi che quelle poſſede tero. Neapoli ap. Lazarum Scoriggium in folio.

VVERNERVS TESCHEIMACHERVS, Clivenſis, Obiit anno 1638.

Hiſtoria Juliæ, Cliviæ & Montium Arnhemii in folio 1638.

FINIS.

UNIW.

# SAMUELIS REYHERI, JC.

Anteceſſoris & Mathem. Profeſſoris
In Academia
CHRISTIAN ALBERTINA,

Juridico-Stathmica
Diſſertatio
De
Tribus argenteis
# NUMMIS,
iisque
Uncialibus antiquiſſimis.

---

Kiliæ Holſator.
cIↄ Iↄc v c.
Typis Joach. Reumann, Acad. Typogr.

BIBL. UNIW. WROCŁAW
492203

*SERENISSIMO PRINCIPI*

AC

DOMINO,

# DN. FRIDERICO,

DUCI

SAXONIÆ, JULIACI,

CLIVIÆ, MONTIUM,

nec non

ANGRIÆ ET

WESTPHALIÆ,

LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ,

PRINCIPI COMITI HENNEBERGÆ,

COMITI

IN MARCA ET RAVENSBERG,

DOMINO

IN RAVENSTEIN ET TONNA,

PRINCIPI AC DOMINO

meo clementiſſimo.



# DUX SERENISSIME;

## PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME,

*PLures equidem ſunt cauſæ, quibus non tàm commotus, quàm quaſi compulſus hanc de tribus antiquiſſimis*

)(                                   *unci-*

*uncialibus argenteis Tuæ Serenitati, & quidem hoc ipsò tempore, humillimâ devotione conſecratam offerre mecum conſtitui: Quarum haud poſtrema eſt recens Paterni & Aviti, utinam atque iterum utinam ex aſſe felicis, Regiminis auſpicium, quod ante tempus, auguſtiſſimi Imperatoris* Leopoldi *Magni, Patriæ Patris* Optimi Maximi,*propterea quod parem in Te tanto Regimini Prudentiam ante tempus animadverteret, longè clementiſſimo cœpiſti indultu. Cui accedit novus honos, quo Sereniſſimus Daniæ & Norwagiæ Monarcha Te in auguſtum elephantini ordinis equitum ſocietatem allegendo mactare voluit. Utrumq; hoc gratulabundus in frontiſpicio per Cæſareum à dextris, & Regium à ſiniſtris ſtantes quodammodo ſignificavi Præcones. Minimè hic, niſi ingratus videri velim, ſilentio prætereunda ſingularis illa clementia, quâ Tua Serenitas pariter cùm ſereniſſimo Fratre, Dn.* JOHANNE WILHELMO, *Principe ac Domino meo clementiſſimo, anno abhinc IIX me beare dignata eſt. Quamobrem, ut devotæ mentis gratitudinem quadantenus explicarem; hanc de antiquo Imperiali Saxonico diſſertationem Tuæ Serenitati humillimè dedicare, eique Magnificum ac ſplendidum Glorioſisſimorum Majorum quaſi theatrum ſub forma genealogica præmittere volui, ut uno velut conſpectu tot* Imperatores, *tot* Reges, Electores, Archiduces, Duces, *totque* Principes, *unde Tua Serenitas originem traxit, contemplari, & ad ſimiles, aut etiam majores inſtigari poſſit*

ſit virtutes. Proximus à Ser. Tua eſt ſereniſſimus quondam, heu quondam ſereniſſimus Pater, Princeps ac Dominus meus, dum vivebat, clementiſſ. Dn. FRIDERICUS, glor. mem. quem jure ſplendidũ cognominavi, ob ſingularem quò multos alios ſuperaſſe videtur Principes, ſplendorem. Splendida enim fuit ipſius aula, ſplendida extruxit palatia, ſplendida inſtituit itinera, ſplendidum aluit exercitum, ſplendidum à majoribus acceptum titulum, ſplendidiorem, & binis Ducatibus, unaq; Dynaſtiâ auctiorem ad Tuam transmiſit Serenitatem, nihilq; fermè, quod ſplendore careret, egit. Poſt hunc inprimis celebrandus eſt Sereniſſ. Serenitatis Tuæ Avus, Dn. ERNESTUS, glor. mem. ob haud fucatã in Deum, Patriam & ſubditos pietatem, PIUS jure meritoque cognominatus. Tanta etiam hujus Principis fuit Prudentia, ut ab exteris quoque celebraretur. Callidisſimus enim iſte Regnorum Magnæ Britanniæ & Hyberniæ uſurpator CROMWELLUS dixiſſe fertur, ſe ſuo tempore non, niſi tres Europæ Principes, verè prudentes agnoſcere, quorum unus eſſet ERNESTUS Dux Saxoniæ. Singularem ſuam prudentiam magnam partem debuit miniſtris ac conſiliariis, ſolidâ jurisprudentiâ inſtructisſimis, & longâ experientiâ edoctis, ex quibus primo loco nominandus venit Fridericus Hortlederus, juris tàm privati, quàm Publici peritiſſimus, quo manuductore à teneris antiqua Archivi documenta perluſtravit, & in arcana Serenisſimæ Domûs Saxonicæ jura penetravit. Haud minori dexteritate

 lau-

laudatiſſimo Principi adſtitit illuſtris & celeberrimus Germaniæ noſtræ JCtus Georgius Franzkius, qui non tantum eruditiſſimis ſuis commentariis jus commune illuſtravit, intricatosque nodos reſolvit, ſed plerasque etiam conſtitutiones provinciales, poſtea in unum corpus relatas, quaſi alter Tribonianus concepit. Nec tacendi ſunt Georgius Achatius Heher, qui non tantùm comitiis Imperii interfuit, ſed etiam exactam œconomiæ & regiminis Saxo-Gothani deſcriptionem compoſuit, deinde Wilhelmus Schröterus & Erneſtus Ludovicus Avemannus ambo Cancellarii, & ad comitia Imperii Legati, cujus poſterioris tempore altera editio ordinationis, ſive conſtitutionis provincialis Saxo-Gothanæ anno 1666. edita eſt. Illuſtris quoque Vitus Lu-

do-

dovicus à Seckendorff prima nominis immortalis fundamenta jecit, dum ſupra laudatam Heheri ſpecialem ſtatûs Gothani deſcriptionem juſſu Principis ſui paulo immutavit, & ſub generali titulo Teutſcher Fürſten-Stat publici juris fecit, & deinde utiliſſimis notis illuſtravit. Theologos quoque excellentes aluit, inter quos eminent Salomon Glaſſius, ſuo tempore celeberrimus, qui unus ex primariis deputatis fuit, quorum operâ Synodi provincialis anno 1645 habitæ, concluſiones in ordinem redactæ, ac ſub forma conſtitutionis Eccleſiaſticæ promulgatæ ſunt. Huic ex intervallo quidem ſucceſſit Adamus Tribbechovius, itidem tamen celebris Theologus, collega & amicus quondam meus conjunctiſſimus. Ex his duo tantùm Sereniſſimi FRIDERICI ſplendidi aulam ornârunt, nempe Avemannus & Tribbechovius, quibus poſtea acceſſerunt & ſucceſſerunt Perilluſtris Dn. Johannes Fridericus Bachovius ab Echt, Conſiliarius intimus & Cancellarius, ut & Conſultiſſimus Dn. Magnus Saul, Conſiſtorii Ducalis Præſes graviſſ. nec non ampliſſimus Dn. Kunholdus, Conſiliarius cameralis ſolertiſſimus, præterea Prænobilis Dn. Juſtinus Kirſtenius, Secretarius digniſſimus, cum multis aliis, non minus prudentiâ & experientiâ excellentibus Viris, quorum nomina hîc, ubi brevitati ſtudendum, recenſeri haud poſſunt. Cæteros Majores, utpote ab

aliis

*aliis dignè ſatis laudatos, hìc enumerare, eorumq; encomia prædicare, ſupervacaneum autumans, Tuam potius, Sereniſſime Princeps, ſingularem miror prudentiam, quæ inter alia etiam inde perſpicitur, quod novum exordiens regimen non, ut quondam Salomonis Regis Sapientiſſimi inſipiens Filius Rehabeam, ſenioribus Patris glor. mem. conſiliariis abdicatis, juniores ſubſtituiſti, ſed maturas Senum ſententias jejunis ac crudis juvenum conſiliis meritò prætuliſti. Maximas enim reſp. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas eſſe, Cicero,* de Senectute cap. 4. *teſtatur. Hoc modo ſi perrexerit Tua Serenitas, & impoſterum exemplo Divi Avi, nempe Dn. ERNESTI Pii, glor. memor.* Sapientiæ initium (Pſ. cxi, 10) *quod à multis proh! aulis exulare ſolet, ſeriò amplexa fuerit, nullus dubito fore, ut aliquando Tua Seren. nulli Majorum felicitate, prudentia & longævitate cedat, olim etiam perennem æternæ beatitudinis ſit conſecutura coronam, id quod ex devotiſſimi animi ſententia vovet ac optat,*

SERENISSIME ET CLEMENTISSIME
PRINCEPS AC DOMINE,
TUÆ SERENITATIS

Devotiſſimus & humillimus
Samuel Reyher, JC.
h. t. Academiæ Chriſtian-Albertinæ. V. Pro-Rector, &c. Facult. Jurid. IV. Decan9. Codicis ac Mathem ſuper. & infer. Prof. Publ. &c.

Kiliæ Holſatorum ipſo Academiæ Natali XXX. i. e. ante diem III. Non. Octobres anni à. n. Chr. clɔ Iɔc xciv. currente, ætatis Academiæ vero XXIX completo.

*aliis dignè ſatis laudatos, hic enumerare, eorumq; encomia prædicare, ſupervacaneum autumans, Tuam potius, Sereniſſime Princeps, ſingularem miror prudentiam, quæ inter alia etiam inde perſpicitur, quod novum exordiens regimen non, ut quondam Salomonis Regis Sapientiſſimi inſipiens Filius Rehabeam, ſenioribus Patris glor. mem. conſiliariis abdicatis, juniores ſubſtituiſti, ſed maturas Senum ſententias jejunis ac crudis juvenum conſiliis meritò prætuliſti. Maximas enim reſp. ab adoleſcentibus labefactatas, à ſenibus ſuſtentatas eſſe, Cicero,* de Senectute cap. 4. *teſtatur. Hoc modo ſi perrexerit Tua Serenitas, & impoſterum exemplo Divi Avi, nempe Dn. ERNESTI Pii, glor. memor.* Sapientiæ initium (Pſ. cxi, 10) *quod à multis proh! aulis exulare ſolet, ſeriò amplexa fuerit, nullus dubito fore, ut aliquando Tua Seren. nulli Majorum felicitate, prudentia & longævitate cedat, olim etiam perennem æternæ beatitudinis ſit conſecutura coronam, id quod ex devotiſſimi animi ſententia vovet ac optat,*

SERENISSIME ET CLEMENTISSIME
PRINCEPS AC DOMINE,
TUÆ SERENITATIS

Devotiſſimus & humillimus
Samuel Reyher, JC.
h. t. Academiæ Chriſtian-Albertinæ. V. Pro-Rector, &c. Facult. Jurid. IV. Decanus, Codicis ac Mathem ſuper. & infer. Prof. Publ. &c.

Kiliæ Holſatorum ipſo Academiæ Natali XXX. i. e. ante diem III. Non. Octobres anni à. n. Chr. clↄ Ic xcIv. currente, ætatis Academiæ vero XXIX completo.

WITTEKINDUS M. Rex Saxonum.
WIGBERTUS.
WITTEKINDUS II.
DITGRAMUS.
DITHMARUS.
DEDO Comes in Wettin.
DITERICUS II.
THIMO March. Miſn.
CONRADUS M.
OTTO Dives.
DIETERICUS IV.

CONRADUS III. Imperator.
JUDITH.

CAROLUS M. Imperat.
LUDOVICUS I. Imp.
CAROLUS II. Imp.
LUDOVICUS II. Gall. Rex.
CAROLUS III. Gall. Rex.
LUDOVICUS IV. Gall. Rex.
CAROLUS infer. Lothar. Dux.
LUDOVICUS. Barbat. Com. Thur.
LUDOVICUS Salius.
LUDOVICUS I Langrav. Thur.
LUDOVICUS Ferreus.

HERMANNUS Landgr. Thuring.
JUTTA.

HENRICUS Illuſtris.
ALBERTUS Degener.
FRIDERICUS Admorſus.
FRIDERICUS Gravis.
FRIDERICUS Strenuus.
FRIDERICUS Bellicoſus Elect. Sax.

WOLDEMAR. Rex Daniæ.
HELENA Ux. Wilhelmi, Henrici Leonis filii.
OTTO Dux Brunſv.
ALBERTUS Magn.
ALBERTUS Pinguis.
MAGNUS Torquat.
HENRICUS. Dux Brunsvicenſis.
CATHARINA.

FRIDERICUS Placidus Elector Saxoniæ.

RUDOLPHUS Habspurg. Imperat.
ALBERTUS I. Imperat.
ALBERTUS II.
LEOPOLDUS II.
ERNESTUS Dux Auſtriæ, Pater Friderici III. Imperatoris, Avus Maximiliani I. Imper.
MARGARETA.

ERNESTUS Elect. Sax.

MAGNUS Rex Suec.
EUPHEMIA Uxor. Alberti I. Duc. Mekl.
MAGNUS I.
JOHANNES III.
HENRICUS IV.
MAGNUS II.
SOPHIA Mekelb.

JOHANNES Conſtans Elect. Sax.

LUDOVICUS V. Bavarus Imperat.
STEPHANUS. in Landshut.
FRIDERICUS in Landshut.
ELISABETH. Ux. Friderici IV. Comit. in Zollern Burggravii Normberg.
ALBERTUS Elect. Brandeb.
SIBYLLA Vx. Wilh. III. Duc. Iuliac. & Bergæ.
MARIA Joh. III. Duc. Clivenſis Ux.
SIBYLLA.

JOHANNES FRIDERICUS Magnaninus Elect. Sax.

JOHANNES WILHELMUS Dux Saxoniæ.
JOHANNES Dux Sax. Vinariæ.
ERNESTUS Pius Gothæ nat. 1601. †. 1675.

RUPERTUS Rigoroſ. Imperat.
STEPHANUS.
LUDOVICUS Niger in Zvveybruck & Veld.
ALEXANDER.
LUDOVICUS in Zvveybruck.
WOLFFGANGUS in Neuburg.
PHILIPPUS LUDOVICUS in Neuburg.
ANNA MARIA. Ux. Frider. Wilhelm. Ducis Sax.
JOHANANN PHILIPP Dux Sax. in Altenb.
ELISABETH SOPHIA. n. 1619. †. 1680.

VLADISLAUS Rex Ungar.
ELISABETHA ANNA, Ux. Ferdin. I. Imperat.
MARIA Ux. Wilhelmi Duci Jul. Cliv. Berg.
MARIA ELEONORA Ux. Alberti Friderici March. Brand. Duc. Bruſſ.
MAGDALENA SIBYLLA Ux. Joh. Georg. I. El. Sax.
AUGUSTUS Adminiſtrat. Magdeburg.
MAGDALENA SIBYLLA nat. 1648. †. 1681.

FRIDERICUS Splendidus Gothæ. n. 1646. † 1691.

FRIDERICUS Dux Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, &c. &c.
N. 1676. 29. Julij.

# *Proœmium.*

HAnc de antiquiſſimis tribus Uncialibus argenteis diſſertationem conſcribendi anſam dedit Diſputatio quædam Juridica, ante triginta annos Argentorati à celeberr. Germaniæ noſtræ JCto *Joh. Rebhan* habitâ, ubi inter alia elegans de Imperialibus Schlicenſibus, circa annum XVtum ſuperioris ſeculi cuſis, proponitur caſus, de quibus paulò prolixius infra agetur. Cum autem ante triennium in præfatione diſſertationis meæ, de Nummis ex Metallo Chymico factis, ſcripti hujus editionem promiſerim, eandem hoc ipſo tempore, quo Germania noſtra à maleferiatis monetarum adulteratoribus, & falſariis rogo dignis, ſub crudeliſſiim Martis patrocinio, graviſſimè, proh dolor! affligitur, publici juris facere, quàm diutius reprimere malui, minimè dubitans â Ben. Lectore ſerenâ fronte acceptum iri hunc laborem. Præter nudam verò horum nummorum deſcriptionem, vitas & familias eorum, quorum auctoritate illi cuſi ſunt nummi, paucis exponam, &, ut quodammodo appareat,

- - - *Quid diſtent æra lupinis*,

quantumque inter veteres & recentiores nummos ſit diſcrimen, de *Materia, Pondere* & *Valore* Argenteorum, deque monetarum *adulteratoribus*, eorumque *pœnis* aliqua præmittam.




# *Procœmium.*

HAnc de antiquiſſimis tribus Uncialibus argenteis diſſertationem conſcribendi anſam dedit Diſputatio quædam Juridica, ante triginta annos Argentorati à celeberr. Germaniæ noſtræ JCto *Joh. Rebhan* habitâ, ubi inter alia elegans de Imperialibus Schlicenſibus, circa annum XVtum ſuperioris ſeculi cuſis, proponitur caſus, de quibus paulò prolixius infra agetur. Cum autem ante triennium in præfatione diſſertationis meæ, de Nummis ex Metallo Chymico factis,ſcripti hujus editionem promiſerim,eandem hoc ipſo tempore,quo Germania noſtra à maleferiatis monetarum adulteratoribus, & falſariis rogo dignis, ſub crudeliſſiim Martis patrocinio,graviſſimè, proh dolor! affligitur,publici juris facere,quàm diutius reprimere malui, minimè dubitans â Ben. Lectore ſerenâ fronte acceptum iri hunc laborem. Præter nudam verò horum nummorum deſcriptionem, vitas & familias eorum, quorum auctoritate illi cuſi ſunt nummi, paucis exponam, &, ut quodammodo appareat,

- - - *Quid diſtent æra lupinis*,

quantumque inter veteres & recentiores nummos ſit diſcrimen, de *Materia, Pondere & Valore* Argenteorum,deque monetarum *adulteratoribus*, eorumque *pœnis* aliqua præmittam.

# Caput I.

## De Argenteorum materia, pondere & valore.

Quamvis argenteorum materia ſit argentum, paucisſimi tamen hodiè nummi ex puro puto fiunt argento, dum plerumq; aliquid æris Cyprii admiſcetur. Olim quidem ex puriſſimo argento faciebant nummos craſſiores, quos cum adulteratores corrumperent, & ſimiles multo ære admixto formarent, circa ſeculum VI. à nat. Chriſto bracteatos tenuiſſimos, in quibus falſitas à quovis facile deprehendi poterat, introduxerunt. *Tilemannus Friſius lib. 3.* Müntz Spiegel *c. 6. p. 99.*

Sequenti ſeculo ſeptimo homines merces ſuas mercibus commutare, quàm precio nummorum vendere, maluerunt, unde reprobantibus ſolidos debiti ponderis & ſpeciei probæ pœna eſt conſtituta *l. 1. Cod. de Veter. numiſmat. poteſtate. lib. XI. tit. 10.*

Poſtquam Principes, quibus ab Imperatoribus nummos cudendi conceſſa erat poteſtas, quotannis deteriores ederent nummos, legibus certa argenti & æris ad nummos adhibendi præſcripta eſt proportio.

Ut autem accuratior metallorum mixtura determinari, & à monetariis obſervari poſſet, loco librarum Romanarum, quæ ex XII. conſtabant unciis, receperunt ſelibras uſuales ſive marcas, quarum una comprehendit IIX. uncias,

| | | |
|---|---|---|
| una uncia | conſtat ex | 2. ſemunciis ſive lothonibus |
| ſemuncia | | 18. granulis |
| granulum | | 15. aſſulis. |
| nummulus | | 17. aſſulis. |

Miſſis



Miſſis nunc reliquis monetarum generibus, de illis nunc argenteis agam, qui ab auctoritate Imperatoria *Imperiales*, à pondere *Unciales*, à loco, nempe valle Joachimica, ubi optimi cudebantur, modo *Joachimici*, modo *Vallenſes*, modo *Thaleri* audiunt.

Quare autem *Thalleros* appellet *Renerus Budelius lib. 1.* de Monetis & Re Numaria *cap. 18. n. 7.* equidem non video niſi fortè ex voce *Hallerus* ein Heller finxerit. Aliqui à *Talento*, alii à *Metallo*, alii à Græco θαλερὸς i. e. vireſcens, quaſi thaleri inſtar florum creſcerent, dici, alii Daler per metatheſin ex Adler fieri putant. *Jacob. Alemannus in Palæſtra Conſultat. IIX. quæſt. principali I. partit. XXIIX. p. 540.*

Primi unciales argentei, & quidem æris expertes ac puriſſimi, in Auſtria anno Chr. CIↃ CCCC LXXXIV. facti ſunt; ad quorum imitationem anno CIↃ IↃ in Miſnia ejusdem quidem ponderis, ſed una decima ſexta argenti parte mulctati, admixtâ æquali æris parte, cuſi ſunt. Ex ſimili materia circa a. Ch. 1517. facti quoq; ſunt Slicenſes.

Aſt anno Chr. CIↃ IↃ XXXVI. diminuto argenti pondere tantum æris admixtum fuit, ut non niſi VII. unciæ cum IIX. granulis puræ relinquerentur, Anno CIↃ IↃ XXXXVI. ad VII. uncias & VI. granula argenti redacta eſt Imperialium materia, quæ ab eo tempore quotannis deterior facta eſt, donec in Receſſu Imperii ad VII. uncias & IV. grana reduceretur, cui ad ſupplendam marcam una tantummodo uncia æris cum XIV. granulis addi poſſet. Verba Receſsûs de anno CIↃ IↃ LXVI. ſunt:

Demnach haben wir uns mit den Ständen / und Sie ſich hinwieder mit uns entſchloſſen: Setzen/ordnen



und

und wöllen / das berührte Thaler / gantz / halb / und öhrter / neben andern in dem Müntz-Edict geordneten Stücken und Sorten / jedoch denſelbigen in gleicher Güte und Gehalt / gemüntzt / geſchlagen / und in Bezahlung für Wehrſchafft gegeben und genommen werden ſollen. Als nemlich ein gantzer Thaler / derer ein ſtück 68. Creutzer gelten / ſollen auff die Cölniſche Marck gehen acht Stück / und fein halten XIV. Loth und IV. Gren. wird die fein Marck ausgebracht ümb X. Gülden und XII. Creutzer.

Non tantum autem in uncialibus integris, ſed etiam in ſemiſſibus ac quadrantibus talem metallorum analogiam ſervari, ac præterea nimiam monetarum varietatem, qua hodiè laboramus abrogatam & interdictam eſſe voluit Imperator, his verbis: Damit der gemeine Mann mit viele der Müntz-Sorten oder Stücke nicht überladen / ſo ſollen die dritthalb- und fünff Creutzer Müntzen in der Ordnung geſetzet / unterlaſſen und hinfüro zu müntzen umbgangen werden.

Illi ergo unciales, in quibus juſto minor argenti portio deprehenditur, pro rata etiam minoris æſtimantur, uti ex Ferdinandi I. Imperatoris Glorioſiſſ. mem. Ordinationis monetariæ, anno 1559. Auguſtæ Vindelicorum promulgatæ, verbis videre eſt.

Solche Thaler ſollen hinführo in Bezahlungen nicht genommen werden. Damit aber der gemein arm Mann hier durch nicht zu hoch beſchwehrt / ſo ſollen jede Oberkeit von ihren Unterthanen die obgeſetzte Thaler / und nemlich:

Die



| | | |
|---|---|---|
| Die Mansfeldiſche | ümb | 59. Creutzer. |
| gantzen Meckelnburgiſche | | 53. |
| halben Meckelnburgiſche | | 26. |
| Orter | | 9½. |
| Wirtenbergiſche | | 62. |
| Lüttichs | | 63. |
| Der Stadt Hildesheim | | 59. |
| Die Brandeb. Märckiſche Orther | | 14. Creutzer. |

auffwechſeln / einnemen / und in dieſe unſere neue Reichs-Müntzen verwenden. Plura de hac re habentur, in laudati Alemanni *Palæſtra Conſultat. p. 543. & ſeqq.*

Hinc nata eſt differentia inter ſpecies & Albertinos ſive Crucigeros. Specie Rthl. ſive banco Rthl. & Albertus Thl. quorum hi poſteriores in Holſatia & præcipuè Lubecæ & Hamburgi minoris, & moneta minutiore ſive currente vix meliores æſtimantur.

In Dania diſtinguunt inter Thalerum Imperialem & ſimplicem, Rthl. und ſchlechte Thl. quorum poſterior æquipollet beſſi unius Imperialis, ſive duabus marcis Lubecenſibus vel Holſaticis.

Præterea mercatores in negotiatione jumentorum, & præcipuè taurorum, monetâ utuntur ex 33. aſſibus Lubecenſibus conſtante, vocantque ein Kauffmanns-Thaler.

## CAPUT II.

## *De Monetarum Adulteratoribus, eorumque pœnis.*

PEr adulteratores monetæ *in l. 16. §. 9 ff. de Pœnis*, intelligi puto omnes iſtos, qui doloſè & lucri faciendi



gra-

gratia monetas depravant, ac cuprum vel aliud metallum ignobilius pro argento vel auro venditant. Illi verò, qui interdum neceſſitate coacti ex plumbo, ſtanno, corio vel papyro nummos cudunt, & in commerciis expendi & accipi ſtatuunt, finita verò calamitate argenteis & probis redimunt nummis, minime pro adulteratoribus habendi, ſed immortali potius laude digni ſunt, cujusmodi aliquot exempla habet R. Budelius *lib. 1. cap. 1. de monet. & re num.*

Tribus autem modis depravatur moneta, dum 1. alienum imprimitur ſignum 2. falſum adhibetur, aut argento vel auro admiſcetur metallum 3. Pondus minuitur, juxta artic. CXI. Ordinat. Crimin. Carol. V. **In dreyerley Weiſe wird die Müntze gefälſcht. Erſtlich wañ einer betrieglicher weiſe eines andern Zeichen darauff ſchlägt. Zum andern wenn einer unrecht Metall dazu ſetzt. Zum dritten/ſo einer der Müntz ihre rechte ſchwere gefährlich benimmet.**

Illi, qui arte Chymica, cuprum mediante arſenico dealbant, & ex eo nummos argenteis ſimiles cudunt, omnium peſſimi videntur eſſe falſificatores, quia hac ratione prudentiores etiam fallere poſſunt. Pondus monetæ duplici modo minuitur, nempe vel ab initio leviores cuduntur, vel juſti ponderis nummi circumciduntur, raduntur, vel alio modo ipſis aliquid adimitur. Ne autem circumcidi poſſint, aliqui hodiè extimam nummorum oram literis ornant, cujusmodi inventio deberi videtur *Cromwelio*, qui ſuis uncialibus circumſcribi curavit hæc verba: *Has nemo niſi periturus adimat.* Quæ verba duplicem admittunt ſenſum: aut enim per *Has* intelligit lite-



literas extimo limbo impoſitas, quas circumcidendo nummum *nemo*, *niſi* tanquam monetæ depravator *periturus adimat*. Aut per *Has* indigitavit tres coronas Regnorum Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ, uni lateri iſtius nummi impreſſas.

Quam atrox hoc ſit crimen inter alia etiam ex Sacro patet Codice, dum DEUS T. O. M. per Moſen *Levit. XIX. 35, 36.* Iſraëlitis juſtam trutinam, juſtumque pondo habere præcipit. *Deuter.* verò *XXV. 13. 15.* diverſa habere pondera, majus videlicet & minus, interdicit. Juxta Salomonem enim *Proverb. XI, 1. XVI, 11. XX. 23.* ſtatera juſta eſt à Domino, eique placet, fraudulenta verò trutina ac diſparia pondera ipſi ſunt inviſa & abominabilia. Hinc etiam Prophetæ falſarios redarguunt, *Ezech. XL, 16. Hoſeas XII. 7. Micha VI. 11.* & præcipuè *Amos IIX. 11.* graviſſime in trutinarum & monetarum adulteratores invehitur.

Non tantùm autem DEUS, ſed DEI quoq; in his terris vicarii, Imperatores videlicet laudatiſſimi aliique Legislatores horrendo huic facinori graviſſimis pœnis obicem ponere voluerunt, quorum verba ipſiſſima hîc adducere operæ pretium erit:

*Leg. 8. ff. de Leg. Cornel. de falſis*

Quicunque nummos aureos partim raſerit partim tinxerit, vel finxerit, ſiquidem liberi ſunt, ad beſtias dari: ſi ſervi, ſummo ſupplicio affici debent.

*Leg. 9. pr. ff. eod.*

Lege Cornelia cavetur, ut, qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos flaverit, falſi crimine teneri.

§. 1. Eâdem pœna afficitur etiam is, qui, cum prohibere tale quid poſſet, non prohibuit.

§. 2. Eâdem lege exprimitur, ne quis nummos ſtagneos, plumbeos emere, vendere dolo malo vellet.

Con-

Conſtantinus M. *in l. 1. Cod. de falſa moneta* in monetarios adulterinam monetam clandeſtinis ſceleribus exercentes inquirendos, inveſtigatos judici tradendos, facti conſcios per tormenta proditos, dignis ſuppliciis addicendos eſſe conſtituit. Domum illius vel fundum, in quo hæc perpetrata ſunt, quod incuria vel negligentia tale quid paſſus eſt, etſi ignoraverit, tamen fiſco vindicat.

Idem Imperator ejusmodi falſarios, tanquam criminis Majeſtatis reos, flammis necandos ſtatuit, *in l. 2. Cod. dict. tit.* Si quis, *inquiens*, nummos falſa fuſione formaverit, univerſas ejus facultates fiſco noſtro præcipimus addici. In monetis etenim tantummodo noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari volumus: cujus obnoxii *majeſtatis crimen* committunt: & præmio accuſatoribus propoſito, quicunque ſolidorum adulter poterit reperiri, vel à quocunque fuerit publicatus, illico omni dilatione ſummotâ, flammarum exuſtionibus mancipetur.

Jure Canonico & quidem *cap. unico Extrav. Commun. de Crimine Falſi* itidem iſtiusmodi adulteratores ſub nobili Alchymiſtarum nomine, ſicut Harioli ſub Mathematicorum titulo in Codice Juſtinianeo, condemnantur & infamiâ notantur.

Quam ſoliciti fuerint Imperatores Romano-Germanici in conſervanda rei monetariæ integritate, ex ſequentibus patebit. Carolus V. Imperator Glorioſiſſ. memoriæ, unacum Electoribus, cæterisque Imperii ſtatibus per Juris Conſultos peritiſſimos Conſtitutionem criminalem in comitiis Auguſtanis 1530. & Ratisponenſibus 1532. componi curavit & publicavit, in cujus artic CXI. monetæ adulteratoribus hæc ſtatuitur pœna: Solche Müntzfälſcher ſollen nachfolgender maſſen geſtraffet werden. Nemlich / welche falſche Müntz machen / Zeichen / oder dieſelbe falſche Müntz auffwechſeln / oder ſonſten zu ſich bringen / und wiederumb gefährlich und boßhafftiglich / dem Nechſten zum Nachtheil wiſſentlich ausgeben / die ſollen nach Gewohnheit / auch Satzung der Rechte / mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden / die ihre Häuſer darzu wiſſentlich leihen / dieſelbe Häuſer ſollen ſie damit verwirckt haben. Welcher aber der Müntz ihre rechte Schwere / gefährlicher weiſe benimmet / oder auch ohne habende Freyheit müntzet / der ſoll gefänglich eingelegt / und nach Raht an Leib oder Guth / nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden. Wo aber irgend einer eines andern Müntz ümbpreget / oder wiederumb in Diegel brächt / und geringe Müntz daraus macht / der ſol an Leib oder Guth / nach geſtalt der Sachen geſtrafft werden. So aber mit der Herrſchafft wiſſen und willen das geſchehe / ſo ſol dieſelbige Herrſchafft ihre Müntz-freyheit verwirckt und verlohren haben.



Ferdinandus I. Imperator Auguſtæ Vindelicorum conſtitutionem monetariam anno 1559. publicavit, qua non tantum ipſis falſariis, ſed etiam magiſtratibus in inquirendo negligentibus pœna imponitur: Hierauff ſetzen ordnen und wollen wir / daß obgemeldte Ringerer / Beſchneider / Schwächer / Wäſcher / Schmeltzer / Ausführer / Abgieſſer / Außwieger / Außzieher / Auffwechßler und Fälſcher an Leib / Leben und Guth / nach Geſtalt der Sachen geſtrafft / und niemand hierein durchaus verſchonet werde.

So dann ein ſolcher Verbrecher betreten / ſoll er eingezogen / und an Leib und Guth / oder am Leib allein / oder am Guth allein / nach Gelegenheit und Geſtalt ſeines

nes verbrechens geſtrafft werden: und wäre es Sach/ daß er am Guth geſtrafft würde/alsdann ſoll dem Anſager an ſolcher verwürckten Buß ein dritter Theil/ und die andern zwey Theil der Oberkeit/ darunter die Uberfahrung geſchehen/ gebühren/ welche Straff die Oberkeit auch alſo einbringen/ und dem Anſager ſeinen dritten Theil zuſtellen ſol. Würde aber ſolche Oberkeit an Einbringung der verwürckten Straffe ſäumig ſeyn/alsdann ſollen die Müntzgenoſſen deſſelbigen Kreiß ſolche Straff einfodern/ zwey theil deren behalten/ und den dritten Theil dem Anſager folgen laſſen.

Wo aber einer ſolchen Betrug/Mißbrauch/ oder Falſch erfahren/ und ſeiner Oberkeit in Monaths friſt nicht anzeigen/ und deß beſagt würde/ der ſol in die Pöen der zweyer Marck lötiges Goldes verfallen/ und ſie zugeben pflichtig ſeyn/ daran dem/ſo denjenigen/ der den Mißbrauch/ Betrug/oder Falſch erfahren/ und ſeiner Oberkeit verſchwiegen/ beſagt hat/ ein dritt theil/ und die andere zwey dritt theil den Oberkeiten/ darunter ſolche überfahrung geſchehen/ folgen/ und ſo die Oberkeit abermahls die Straff einzubringen nachläßig ſeyn würde/ alsdann ſollen die Müntzgenoſſen derſelben Kreyß die einzufodern macht haben/ und damit gehalten werden/ wie obſtehet.

Würden aber die Oberkeiten und Müntzgenoſſen ſolches Kreyß/ nach beſchehener Anzeigung auch ſäumig oder nachläßig/ und daſſelbig durch den Anſager an unſern Käyſerlichen Cammer-Procuratoren General-Fiſcal gelangen/ ſo ſol derſelbig unſer Fiſcal gegen den ſäumigen und nachläßigen Oberkeiten/ Müntzgenoſſen und



und auch den verbrechern/ mit ernſtlichen Proceſſen und Straffen gerichtlich vollnfahren/ und denn Anſagern/ wo die Straff in Gelt gewendt/ ſein Gebürniß/ wie davon gemeldt/ überantworten.

Similes pœnas Maximilianus II. Imperat. Glorioſiſſimæ mem. in allegat. Receſſ. Imperii de anno 1566. illis, qui argenteos & aureos adulterinos percuſſerunt, extraneas quoque viliores monetas introduxerunt, minatur, his verbis: Solchen nachtheiligen Unrath abzuſchaffen/ wollen wir von Römiſcher Käyſerl. Macht/ etlichen Müntzgenoſſen/ſo bißhero zu ihrem Vortheil und höchſtem Betrug gemeines Nutzens/ untüchtige Müntz geſchlagen/und in hohem Werth im Reich ausgebreit/das Müntzen/ ungeachtet ihrer Privilegien/ da ſie (wie etlicher halben zweifflich) einige erlangt hetten/ einſtellen/ und ſie daran ſuſpendiren/ wie wir dann denſelbigen/ſo wir inſonderheit hierunter zu erſuchen bedacht/ angeregte Müntz hiemit/und in Krafft dieſes unſers Abſchieds ernſtlich verbiethen/ ſetzen und wöllen/ daß ſie ſich hinfüro Müntz zumachen/ biß zu austräglichen Rechten/ gäntzlich enthalten.

Und damit jetzt gemelte Recht/ gegen vorbemelten auch künfftigen übertretern/ deſto richtiger und förderlicher zu Ende gebracht werde/ ſo ſollen die geordnete zu der Valvirung von denen hie unten meldung geſchicht/ihre gemachte Proben/ unſerm Käyſerl. Cammer-Procuratorn Fiſcal unterſchiedlich überſchicken/ ſich deren in ſeinen proceſſen nohtwendig haben zugebrauchen/dem wir auch hiemit ernſtlich befehlen/ ſetzen und wöllen/ daß er gegen vorgedachte Müntzgenoſſen und Ubertretern der



Ord-

Ordnung ad pœnam & privationem förderlich und unverzüglich procedieren / und im Rechten vollfahren ſol/ bey vermeydung unſer ſchweren Ungnad. Auff dem Fall dann ungeachter vorbeſtimter ſuſpenſion, dieſelbig Müntzgenoſſen/einer oder mehr/ dieſem unſern Befelch und Gebott nicht gehorſam erzeigen / ſonder mit müntzen fortzufahren unterſtehen würden: So ſetzen/ordnen und wöllen wir/ daß der oder die / neben andern hiebevor in der Müntz Ordnung benanten peenfällen in unſer und des Reichs Acht ipſo facto gefallen ſeyn ſollen / als wir dann dieſelbige in dieſem auch ohne einige fernere Erklärung / jetzo als dann / und dann als jetzo / in die Acht thun / ſie als unſere und des Reichs Echter erkennen/und darauff die execution der Acht durch die Kreyß/ hinter denen ſie geſeſſen / vollzohen / zu dem ſie ihr müntzens Freyheit und Gerechtigkeit/ gäntzlich ohne ferner procedieren des Fiſcals, verwirckt und verlohren haben ſollen.

Laudabiles has & maximè neceſſarias Conſtitutiones monetarias Rudolphus II. Imp. Glorioſiſſ. mem. in variis Receſſibus Imp. non tantum confirmavit, ſed ſub graviſſima quoque pœna officinas monetarias aliis vendere aut locare prohibuit, uti præprimis patet ex R.I.Ratiſpon. 1594. §. Wir ordnen/wöllen und gebiethen auch/daß kein Stand dem andern ſein Müntzſtatt / bey Verluſt ſeiner habenden Müntzfreyheit verleyhen oder verkauffen ſoll/ etc. Ratiſponæ Receſs Imp. 1598. §. Wir ordnen und wöllen / daß die vorige hochnützliche heylſame Müntzordnungen / und derſelben verbeſſerungen/ mit ſeinen

anno 1566. zu Augſpurg.

1570. zu



anno 1570. zu Speyer.

1571. zu Franckfurt.

1576. zu Regenſpurg.

1582. zu Augſpurg publicirten Reichs verabſchiedungen / und was weiter bey nechſt alhie gehaltenem Reichstag neben Churfürſten/ Fürſten und Ständ/ wir ernſtlich erinnert und anbefohlen/in allen ihren Clauſuln und Articuln allenthalben feſtiglich gehalten und vollnzogen werden ſollen/ alles bey vermeydung deren darin unterſchiedlich verleibten Peenen gegen den Ubertretern/ wo ſie auch zu erlangen/ unnachläßlich und ernſtlich fürzunemen/ und zu vollnziehen.

Denique Rec. Imperii Regenſp. de anno 1603. §. So ſetzen / ordnen und wöllen wir / daß nichts deſto weniger unſer und des H. Reichs Müntz Edict, und alle andere zu beſtättigung und verbeſſerung deſſelben / ſo viel anno 1559, als 1566, und in andern unterſchiedlichen Jahren verfaſte heylſame Reichs Conſtitutiones, fürnemlich die im Jahr 1594. in dieſem punct gethane Reichsverabſchiedung in vollen Kräfften ſeyn und bleiben/ denſelben auch würcklich nachgeſetzt werden ſoll/ etc.

Ut nihil nunc dicam de aliis Principum, aut circulorum Imperii conſtitutionibus, quarum aliquas allegat *Alemannus in Palæſtra Conſult. IIX.* ubi in *Quæſt. princip. I. partit. XLIX. pag. 599.* remiſſorialia rem monetariam concernentia ſuppeditat.

Minimè hîc negligenda ſunt, quæ Sereniſſimus Glorioſ. mem. Princeps Dn. Erneſtus Pius Dux Sax. &c. in aureo illo libro Teutſcher Fürſten-Stat/ ab illuſtri Viro *Vito Ludovico à Seckendorff* publici juris facto, ſentit de

 re

re monetaria, ubi *parte 3. cap. 3. membro 2.* vom Müntz-Regal agitur *num.* 1. de Nomine & origine monetarum.

2. de Jure monetarum, quod Principibus Imperii competit.

3. de quantitate & qualitate monetarum, vom Schrot und Korn.

4. de legitimo uſu hujus juris.

5. de Inſpectione & præcautione, ne ſcilicet meliores nummi exportentur, eorumque loco deteriores & viliores invehantur.

Notatu digniſſima ſunt, quæ numero 4. von dem rechten Gebrauch der Müntze bey des Landes Herren Cammer/ habentur, nempe: Ob nun wol einem Landes Herrn das hohe Müntz-Regal auch zukömt/ ſo iſt er doch an des Reichs Müntz Ordnung eigendlich gebunden/ liegt auch ſonſt Gewiſſens halben einer hohen Obrigkeit ob/ ſolches Recht wol zu gebrauchen/ und keine Ungebühr damit verüben zu laſſen/ ſintemahl es ja der ſchändlichſten und ſchädlichſten Gewinne einer iſt/ da unter dem öffentlichen Namen und Zeichen der hohen Landes Obrigkeit/ welcher ſonſt die Erhaltung alles Rechts/ Billigkeit und Gleichheit gebühret und zugetrauet wird/ daß gantze und viel benachbarte Länder/ an ſtatt auffrichtiger und allenthalben paſſirlicher Müntz/ mit ſchändlich gemiſchten/ betrieglichen/ unwürdigen Sorten erfüllet/ dieſelbe eine zeitlang den armen Leuten für guth in die Hände geſpielet/ und darnach/ wenn der Betrug über kurtz oder lang gemercket/ und von der Reichs-Obrigkeit abgeſchaffet wird/ wieder zu Waſſer gemacht/ und viel Leut in Schaden und Armuth erbärmlich geſetzet werden. Fürs


Fürs andere/ ob wol dieſes Regal unter die nutzbaren einkünffte eines Landes Herren mit geſetzet wird/ auch in Silber- und Gold-Bergwercken/ und bey wolfeilem Silber-kauff/ den Vortheil giebt/ das man dieſe Metalla in der Müntze deſto ehe und beſſer ausbringen/ und ſeinen Nutzen mit ſchaffen könne/ ſo ſol doch die vielfältig widerholte Regul der Reichs-Satzungen wol gemercket werden. **Daß die Müntz ein hohes Käyſerliches Regal/ und keine Mercantz oder Art zu erwerben ſey.** Dahero auch verbothen/ ſolches Recht zu verpachten/ oder ümb ein gewiſſes Geding andere damit werben und handeln zulaſſen/ etc.

Ex his quodammodo apparet, quam neceſſarium ſit, ut Principes eorumque Conſiliarii probè perpendant uſum & abuſum facultatis cudendi monetas, ne Deum, Imperatorem & Imperium, vicinos, proprios ſubditos & præcipuè pauperiores, inexcuſabili modo lædant, genérique ac nomini ſuo haud levem inurant notam.

Quamvis autem hoc crimen adulterandæ monetæ adeò enorme ſit, ut etiam conſcios, crimen non propalantes æquè, ac ipſos auctores, plectendos eſſe jubeant leges, aliaque multa, in aliis criminibus non uſitata admittant, nihilominus Dd. varias pœnarum differentias ſtatuunt, quas commodè in duas ſpecies dividit *Bened. Carpz. Pract. Crimin. part. I. qu. 42. n. 20.* dum monetam ratione vel *Materiæ*, vel *Formæ* falſificari dicit.

Reſpectu materiæ tres ponit caſus, quorum primus *dict. quæſt. 42. n. 31.* concernit illos, qui ex falſa materia vitioſam formant monetam, eamque ſimul fallendi animo

mo expendunt, & propterea flammarum exuſtionibus mancipandi ſunt; ſicque pronunciatum eſſe à Scabinis teſtatur *num.* 34. Inquiſitus möchte wegen ſolchen falſchen Müntzens/ daß er nemlich falſche Thaler gemacht/ und dieſelbe fürſetzlicher und betrieglicher weiſe unter die Leute gebracht und ausgegeben/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft werden V. R. W.

Secundus caſus *num.* 91. locum habet, ſi quis ex falſa materia quidem nummos fecerit, ipſe tamen non expenderit. Tunc enim non flammis necandus, ſed gladio detruncandus eſt. Et ita judicarunt Scabini: Hat inquiſitus aus einem alten Keſſel falſche dreyer gemacht/ derer aber keinen für ſeine Perſon ausgeben können/ auch derer nicht mehr/als damals in der Awe/gemacht; So möchte er wegen ſolcher Verbrechung mit dem Schwerd vom Leben zum Tod geſtrafft werden. V. R. W.

Tertio caſu *n.* 97. illi, qui ipſi quidem falſam monetam non fabricârunt, ſed ab aliis factam doloſè expenderunt, fuſtigatione & relegatione perpetua puniuntur. Unde ita pronunciarunt Scabini: Wo ihr aber ſolche Anzeigung nicht hättet/daß er ſolche Pfennige gemacht/ ſo möchtet ihr ihn darümb am Leben nicht ſtraffen/ ſondern dieweil er ſolche Pfennige wiſſentlich/ und alſo betrieglich ausgeben/ ſo möget ihr ihn wol laſſen zur Staupen ſchlagen/ und von den Gerichten ewiglich verweiſen etc.

Ratione formæ quatuor modis peccatur *Carpz. qu.* 45. *n.* 3. dum primò illi, qui ſine privilegio à Cæſare impetrato monetas cætera bonas cudunt, & propterea, *num.* 20. pœna arbitraria carceris, relegationis, fuſtigationis,



nis, aut etiam mulctâ pecuniariâ afficiuntur. Et ſic alicui, absque privilegio monetas fabricanti, mulctam 1000. Imperialium indictam fuiſſe ſcribit *Carpz. d. qu.* 43. *n.* 24.

Secundo caſu illi, qui Principis aut Statûs alieni ſignum ſuis monetis imprimunt, igne puniuntur, juxta *art. CXI. conſtit. Crim.* Ipſe tamen *Carpz. d. qu. n.* 30. iſtos, tanquam criminis falſi reos, arbitrariâ ſaltem pœnâ plectendos eſſe ſtatuit.

Tertio modo ii, qui nummos legitimos tondendo, radendo, mutilando vel excoquendo minuunt, & leviores reddunt, aut novâ arte aliquid detrahunt, in vincula conjiciuntur, & pro commiſſi gravitate, corporis pœnâ, vel, ſi levius peccatum, mulctâ pecuniariâ coercentur. *Matth. Steph. ad art. CXI. Conſtit. Crimin. Carpz. d. qu.* 43. *n.* 32. ubi *n.* 35. contrario modo etiam illos, qui graviores nummos ad juſtum pondus redigunt, licet ab *Hippolito de Marſil. in l.* 19. *ad Leg. Corn. de falſ.* abſolvantur, nihilominus arbitrariâ pœnâ mulctandos eſſe probat ex *Menoch. de arbitr. judic. quæſt. l.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 316. *num.* 37.

Quartò, qui grandiorem monetam reflaverit, & in minorem redegerit, pœnâ quoque arbitrariâ, nempe corporis afflictivâ, vel mulctâ pecuniariâ, pro ratione delicti puniendus eſt, *per art. CXI. Conſtit. Carol.* licet in *Rec. Imp. de anno* 1559. ejusmodi reformatoribus pœna ignis adjudicata inveniatur.

Præterea etiam ii, qui ſcienter in domo ſua adulterinam monetam cudi patiuntur, privatione ædium puniuntur. *Carpz. quæſt.* 42. *n.* 118. Hinc ita pronunciarunt Scabini: hat inquiſitus das Müntzen in ſeinem Hauß vergönnet/ und davor etlich Tuch/ wie auch ohngefährlich

lich 2. Fl. bekommen/welche ſein Weib ausgegeben ; So hat er ſich ſeines Hauſes verluſtig gemacht/und weil nicht zu befinden/ daß er ſolch falſch Geld Müntzen helffen/ oder ausgegeben : So mag er am Leib und Leben nicht geſtrafft werden / er wird aber gleichwol des Landes ewig billich verwieſen. V. R. W.

Ne etiam adeò facilè prava cuderetur moneta, dum quilibet artis fabrilis quodammodo peritus ſpuriam ac clandeſtinam adornare poſſet officinam, Maximilianus II. Imperat. anno Chr. 1571. prudenter rei monetariæ diſcipulis genuinis amplo proſpexit privilegio, quod habetur in *lib. 1. de Monet. & re mon. R. Budelii circa fin.* ubi inter alia hæc leguntur : dieweil das vortheilhafftig / betrieglich / Hecken-Müntzen ( wie es die Erfahrung mannigfaltig gegeben ) entſtanden / hat ſich zugetragen / daß etlich loß und leichtfertig Geſindle/ſo man Meitemachers nennet / ſich hin und wieder in die Müntzen verſpreit / zu denen ſich auch an etlichen Orthen Keſſelſchläger / Schmiede/ Schlöſſer / Leinen und Wollen-Weber / und dergleichen andere mehr / mit verlaſſung ihrer Handwerck / geſchlagen / und nunmehr dahin kommen / an etliche Orter / dieweil die Reichsgeſellen bey und neben ſolchen Geſindlein nicht ſitzen noch arbeiten wollen etc. Darauff gepieten Wir allen und jeden unſern und des Reichs Churfürſten/ Fürſten etc. und ſonderlich allen Müntz- und Schmidt-Meiſtern/ Wardeinen/ und andern dem Müntzwerck angehörigen Perſonen ernſtlich mit dieſem Brieff / daß ſie die gedachte Reichs-Müntz-Geſellen bey ihrer erneuerten Freyheit ſchützen etc.

Supra laudatus, nec unquam ſatis laudandus Princeps,



ceps, ERNESTUS Pius in ſuo corpore Juris Saxo-Gothani, ſive Landes-Ordnung *Part. 2. cap. 4. lit. 22.* **von Beſtraffung der Falſchheit / ſo mit der Müntze getrieben wird /** hæc conſtituit :

Wir wollen / daß diejenige / ſo falſche Müntze machen / zeichnen oder auffwechſeln / und ſonſten zu ſich bringen / und wiederumb gefährlich und boßhafftiglich dem Nechſten zum Nachtheil wiſſentlich ausgeben ; ingleichen / welche Müntze ringern / beſchneiden/ſchwächen oder auff einigerley Weiſe fälſchen / oder mit gefährde auffwechſeln / und gegen geringe ungangbare Sorten einſchieben / des Heil. Reichs Müntz-Ordnung / und denen dieſſfals Landüblichen Rechten nach / unnachläßig zur Straffe gezogen werden ſollen.

Und damit dieſelbe Untugend deſto beſſer und förderlicher an Tag und zu gebührender Straffe komme / ſol einem jeden dieſe und andere verbotene Mißbräuche / Betrug und fälſchung der Müntze der Obrigkeit eines jeden Orths / da die geübet / oder da der Verbrecher betreten wird / anzuzeigen bey unachläſſiger Straffe hiemit aufferleget ſeyn / auch der / ſo dieſſfals Anzeige thut / wann der Verbrecher umb Geld geſtraffet wird / den vierten Theil bekommen. Auch ſol männiglich / dem falſche Müntze angeboten wird / dieſelbe zu durchſchlagen / und hierdurch zu unächten berechtiget ſeyn.

Coronidis loco verba finalia à *Tilemanno Friſio* in fine des Müntz-Spiegels poſita, hic repetenda eſſe autumo, qui hominum proclivitatem ad divitias quoquo modo, & præſertim per monetarum fabricationem comparandas delineat, & propterea omnes hortatur, ut omnibus



modis

modis ſceleratum hunc acquirendi modum fugiant, alios-que talia molientes impediant. Denn gleich wie die aggeres Nili, die Dämme oder Teiche an den groſſen Waſſeren/ Elbe und Rhein/ auch an der wilden See in Holland und andern Orthen/ zu Tag und Nacht wöllen in Zeit der Noth/ verwahret ſein/ damit die von der groſſen Gewalt des Waſſers nicht zu riſſen/ und den Landen unwiederbringlicher Schade wiederfahren möge.

Alſo wil auch nöthig ſeyn/ ein wachendes Auge und guthe Ordnung/ bey dem Müntzende zu haben. Da das nicht geſchicht/ ſo nimt der Menſchen Liſt/ Eygen-Nutz und Geitzigkeit überhand/ daß der eine hie/ der andere da kippet/ wieget/ neippet/ granuliret/ ſeigert/ wechſelt/ Geld aus Geld ſchlegt/ daß ein groſſe verwirrung/ und dem gemeinen Nutz ein übermäſſiger Schade/ in der Eile unvorſehens zuſtehen würde.

Quàm vera hæc ſint, abundè teſtatur miſera ſuperioris præcipuè Germaniæ facies, ubi in quibusdam locis, propter monetarum depravationem, per genuina & maledicta Mam̃onis mancipia inventam, & ultra XXII ferè annos impunè continuatam, multi ad incitas redacti ſunt, dum, vendendo ſuas merces, talem pretii loco acceperunt pecuniam, quâ nihil emere potuerunt, ſicq; multi fame perire coacti ſunt, ut alia innumera nunc taceam incommoda.





# CAPUT III.

## *De antiquisſimo Unciali Auſtriaco, ejusque auctore.*

TRigæ illius antiquiſſimorum Uncialium argenteorum primus eſt, quem SIGISMUNDUS Archi-Dux Auſtriæ & Comes Tyrolis &c. anno Chr. 1484. ex puriſſimo cudi curavit argento, cujus ectypus hîc videre eſt.




Hujus Sigismundi Majores, ut & cognati aliqui ex adjecta tabella genealogica cognoſcuntur. Licet autem longè plures ſint, alios tamen, quam illos, quibus mediantibus ipſe conjungitur Sereniſſ. Duci Saxon. FRIDERICO, Principi ac Dn. meo clementiſſimo, utpote cui hæc diſſertatiuncula conſecrata eſt; nec non Potentiſſ. Romanorum Regi JOSEPHO, cui ante annum Matheſis mea Regia; ut & Sereniſſ. Duci Sleſw. Holſat. FRIDERICO, cui ante biennium diſſertatio de Num̃is Chy-

RUDOLPHUS I. Habspurg. Imperat. Roman. nat. 1218. †. 1291.

ALBERTUS I. Dux Auſtriæ, Imperat.

ALBERTUS Sapiens.

LEOPOLDUS III. Comes Tyrolis. — FRIDERICUS Dux Brunſvic.

ERNESTUS — FRIDERICUS Senior. — ANNA.

FRIDERICUS III. Imper.

MAXIMILIANUS I. Imper.

PHILIPPUS I. Rex Hiſpan.

FERDINANDUS I. Imper.

SIGISMUNDUS Dux Auſtriæ Com. Tyrolis nat. 1427. †. 1493.

CAROLUS Archid. Auſtr.

FERDINANDUS II. Imper.

FERDINANDUS III. Imper.

LEOPOLDUS Magnus Imperator Romanor.

JOSEPHUS Rex Rom. Hung. Dalmat. Croat. Slavon. &c. nat. 1678.

MARIA, Ux. Wilh. Duc. Juliaci.

MARIA ELEONORA, Ux. Alberti Frider. March. Brandeb.

MAGDALENA SIBYLLA, Ux. Joh. Georgii I. El. Sax.

MARIA SIBYLLA Ux. Friderici Ducis Sleſvviga Holſatici. — AUGUSTUS Adminiſtr. Archi-Epiſc. Magdeburg.

CHRISTIANUS ALBERTUS Dux Sl. Holſ. &c. — MAGDALENA SIBYLLA, Ux. Friderici Splendidi.

FRIDERICUS Her. Norvv. Dux Sl. Holſ. &c. n. 1671. — FRIDERICUS Dux Sax. Jul. Cl. Mont. ut & Angr. & Weſtphal. &c. nat. 1676.



micis dedicatæ ſunt, brevitatis ſtudio hîc adducere nolui. Sigismundus noſter, ut non tantum ex nummo ejus patet, ſed etiam *Jacobus Schrenckius à Nozingen* in opere ſuo Heroico teſtatur, Auſtriæ Archi-Dux fuit, & à nonnullis, neſcio quare, ſimplex vocatur, cum tamen haud pauca prudentiæ ac fortitudinis ediderit ſpecimina. Natus eſt anno Chr. cIↄ CCCCXXVII. Patrem Fridericum ſeniorem amiſit duodecimo ætatis ſuæ, Nativitatis Chriſti verò 1439. anno, & propterea ſub Friderici III. Imperatoris, utpote Fratris patruelis tutela diu fuit, licet Fridericus inſtrumento ſignato ſubditis Sigismundi, ſe poſt quartum annum tutelam deponere, & regimen comitatus Tyrolenſis patrueli ſuo reddere velle promiſiſſet. Tandem verò Tyrolenſes adminiſtrationis tutelaris pertæſi, moroſam Friderici tergiverſationem graviter ferentes, importunis & impetuoſis ſolicitationibus ipſum, ejusque fratrem Albertum coëgerunt, ut interventu Alberti Marchionis Brandeburgici tutelam deponeret, & Sigismundo adminiſtrationem ſui comitatus concederet; inſuper etiam, injuriis hinc inde compenſatis, per amneſtiam omnem aboleverunt ſimultatem.

Patri ejus Friderico ſeniori, à Sigismundo Imperatore, proſcripto Helveti aliquot eripuerunt ditiones, de quibus Sigismundus, ſui juris factus, recuperandis cogitabat, verùm belli ſuſcipiendi gravitatem perpendens, à Carolo Burgundiæ duce, tum temporis potentiſſimo Principe, octoginta millia aureorum Rhenanorum accepit mutua, eique ditiones quasdam Auſtriacas hypothecæ nomine obligavit. Cum autem præfecti à Carolo conſtituti nimis rigidè & crudeliter agerent, ſubditi auxilium Sigis-

mundi

mundi implorarunt, qui pecuniam debitam Carolo offerens provincias oppigneratas repetiit. Præfecti verò frivolis exceptionibus reſtitutionem impediverunt; quare Sigismundus pecuniam apud Baſilienſes depoſuit, novumque cum Helvetiis iniit fœdus, cumque Briſacenſes unum ex Caroli præfectis captum, & de multis criminibus convictum capite truncaſſent, Helvetiorum auxiliis adjutus ſuas facilè, & retentâ ſuâ pecuniâ, gratis occupavit ditiones, ſubditique ipſum, non ut Dominum, ſed tanquam Patrem benignum avidiſſimè exceperunt.

Defuncto dein Johanne, Epiſcopo Brixienſe, Canonici elegerunt Nicolaum de Cuſa, virum eruditum, cui Sigismundus oppigneraverat Taxgætium ( Tavetsch ) arcem & ditionem. Cumque hic Epiſcopus ſimulque Cardinalis variis modis Sigismundum offenderet & irritaret, bellum ipſi intulit, eumq; aſtu captum, Oenipontem duxit, diuq; captivum ibi tenuit. Quamobrem à Pontifice Romano Pio II. excommunicatus, non niſi poſt mortem iſtius Epiſcopi abſolutionem obtinuit. Idem Pontifex in Sigismundum inſtigaverat Helvetios, qui tamen remiſſius bellum agitabant, dum ſolummodo duobus Comitibus de Egliſan, Bernhardo nempe & Vigilio, quos Sigismundus proſcripſerat, ſuppetias tulerunt, & arcem Fuſſacum occuparunt. Poſthæc aliqui Venetorum ſubditi Comitibus nonnullis, ſub Sigismundi clientela viventibus, litem moverunt. Unde cruentum exarſit bellum, quod tamen Venetorum belli duce cum equo in fluvium Atheſin præcipitato, & a gurgite abrepto, ſedatum eſt. Duas uxores, Eleonoram nempe Jacobi Regis Scotiæ filiam, & hâc defunctâ, Catharinam, Alberti Saxoniæ Ducis

cis



cis filiam duxit, ſed ſine liberis anno 1497. deceſſit, quare Maximilianum I. Friderici Imperatoris filium unicum, heredem omnium ſuorum reliquit ditionum, ac in cœnobio *Stambs* ſepultus eſt.

# CAPUT IV.

## *De altero antiquiore Thalero, Saxonico videlicet, ejusque auctoribus.*

UNciales Saxonici ſive Miſnici circa initium ſeculi ſuperioris facti ſunt ex argento, cui una decima quinta pars æris eſt admixta, i. e. aus fünffzehen löthigem Silber/ de quibus ſupra laudatus *Tilem. Friſius loc. alleg.* Dem zufolge haben die Fürſten von Meiſſen auch die dicke Pfennige mit den dreyen Angeſichten / mit den langen Haaren / nach dem 1500. Jahr / auff dem Anneberge ſchlagen laſſen / 8. auff die Marck/ zu 15. Lothen ins fein.

Noſtro etiam tempore in Hiſpanico & poſtea in fœderato Belgio ex ſimili metallo ſcutati, *ducatons*, cuſi ſunt. Ectypus hic Uncialis Saxonici






Arno

Anno impreſſionis deſtitutus eſt, illos tamen ante annum 1507. factos eſſe, ex ſequenti colligo relatione, quæ reperitur in der Grundveſte Fürſtl. Sächſiſcher Weymariſcher *Præcedentz P. II. p. 17.* his verbis: Chur-Fürſt Friederichs des dritten und weiſen; Und Hertzog Johanns Gebrüdere abgeordnete Räthe / Graf Balthaſars zu Schwartzburg und Friederich Thüns Ritters und Hauptmans zu Weimar/relation, von der Schneebergiſchen Berghandlung/mit Hertzog Georgs zu Sachſen Räthen/darinnen ſie am dato Leutenberg/ Dinſttags nach *Exaltationis Crucis anno 1507.* an ihre Gnädigſte und Genädige Obern alſo ſchreiben:

Friederich Thün / und ich / (der Graf) haben den Hertzog Georgiſchen Räthen zuerkennen gegeben / daß in vorigen zuſammenkünfften der Räthe / gehandelt / und nothdürfftiglich angezeiget ſeye/ wie es die Fürſten zu Sachſen zu förderſt mit der Würde des Churfürſtenthums / und nachfolgend mit den Ständen / (d. i. Seſſionen) der Fürſten zu Sachſen / etc. Nach dem Alter gehalten / welches auch bey jetziger Ew. aller Gnaden, alſo geübt und gebraucht. Warumb aber die Stämpel ohne Ew. Fürſtl. Gnad. willen geändert / und Ew. Fürſtl. Gnaden / (Gnädiger Herr / Hertzog Johannes) welche doch älter den mein Gnädiger Herr / Hertzog Georg / auf die Müntze zu hinderſt geſtellet / (auf welche Schreckenberger und Thaler nun gepräget

FRIDERI. GEORGI. JOHANNES.
MONET. ARGEN. DUCUM SAXON.
Item
FRIDERICUS, GEORGIUS, JOHAN.
GROSSUS NOVUS DUCUM SAXON.) ha-



habe man bißher nicht erfahren mügen / aber ſey da zumahl geantwortet; Es ſolte deßhalb keine beſchwehrung haben / und ſey ohne zweiffel ohngefährlich geſchehen / nun begehrten wir nachmahls zu wiſſen die Urſach ſolcher verachtung. Die Hertzog Georgiſchen Räthe haben geantwortet / daß ſie dafür achteten / ihr Herr habe deſſen kein wiſſen / und ohne zweifel die veränderung / ſonder ſein Fürſtl. Gn. Befehl / ergangen / ſie wolten aber S. F. Gn. ſolches zuerkennen geben / und zweifelten nicht / es werde deß Stücks halben kein gebrechen haben:

Hæc ſunt verba relationis Archivi ſub Tit. Berg-Sachen cum inſcriptione:

Veränderung der Stämpel an der Sächſiſchen Müntze / in welchen Hertzog Johann der älter / Hertzog Georgen nachgeſetzet.

Item.

Umbſchrifft der Müntze auf welche vor der zeit Hertzog George / als der Jünger / Hertzog Johannſen / als dem ältiſten fürgeſetzet:

Niſi quis ex rubrica poſteriore concludere maluerit, hos nummos ſive thaleros, poſt annum 1507. cuſos eſſe, poſtquam nimirum ordo Principum, hactenus vel conſulto, vel negligentia monetariorum admiſſus, per commiſſarios iterum eſt reſtitutus.

Trium autem Principum in noſtro nummo habentur facies, nempe FRIDERICI III. El. Sax. JOHANNIS, poſtea itidem Electoris, & GEORGII Ducum Sax, quorum cognatio tam inter ſe, quàm cum Potentiſſ. Rege Romanorum JOSEPHO, quam cum Sereniſſimis Principibus FRIDERICIS, hâc tabella genealogica exprimuntur:

 FRI-

## FRIDERICUS Bellicoſ. El. Sax. †. 1428.

FRIDERICUS Placidus El. Sax.

| ERNESTUS El. Sax. | | ALBERTUS Dux Sax. | |
|---|---|---|---|
| FRIDERICUS III. El. Sax. n. 1463. †. 1525. | JOHANNES El. Sax. n. 1467. †. 1532. | GEORGIUS Dux Sax. n. 1471. †. 1539. | HENRICUS Pius, Dux Sax. |
| | JOHANNES ConſtansEl. Sax. n. 1467. †. 1532. | | AUGUSTUS El. Sax. |
| | | | CHRISTIANUS I. El. Sax. |
| | | | JOHANN. GEORG. I. El. Sax. |
| | JOHANNES FRIDERICUS Magnanimus, El. Sax. | SOPHIA ELEONORA Ux. Georg. Landgrav. Haſſiæ in Darmſtad. | MARIA ELISABET Ux. Friderici Dux Slesvv. Holſat. &c. |
| | JOHANNES WILHELM, Dux Sax. in Altenb. | ELISABETH AMALIA Ux. Philippi Wilhelmi Elect. Palatini. | |
| | JOHANNES, Dux Sax. Vinariæ. | | CHRISTIANUS ALBERTUS, Dux Slesvv. Holſat. |
| | ERNESTUS Pius, Dux Sax. Gothæ. | ELEONORA MAGDALENA, Ux. Leopoldi Magni Imperat. n. 1655. | |
| | FRIDERICUS Splendidus. | | |
| | FRIDERICUS, Dux Sax. Juliac. Clivi. Mont. nec non Angriæ & Weſtphaliæ. &c. n. 1675. | JOSEPHUS, Rex Rom. Hung. Dalm. Croat. Slavon. &c. n. 1678. | FRIDERICUS, Heres Norvag. Dux Slesvv. Holſ. &c. n. 1671. |

Una



Una numi noſtri facies exhibet vultum ſive ſimulacrum pectorale cum inſignibus FRIDERICI III. Electoris Saxoniæ, cujus vitam eleganter deſcriptam ex *Georgii Fabricii rerum Miſnicarum libro VII.* hîc exhibeo :

FRIDERICUS III. cognomento Sapiens Torgæ (anno 1463. die 7. Januarii) natus : is paci ſtuduit, & ſtudia amavit, nec Hiſtoricorum tantum, ſed etiam Philoſophorum libros legit, & Muſicis vehementer delectatus eſt. More illorum temporum, majorum aliquot exemplo, 1493. anno, Palæſtinam adiit, ( & ſepulcrum Domini viſitavit : ) teſtamento relicto, ut ſtudioſis decernerentur ſtipendia, ſi quid illi accidiſſet humanitus. Bello Bavarico Philippum Electorem Palatinum, qui pro filio Roperto bellum ſuſceperat, ſuum in Rep. collegam, Cæſari Maximiliano reconciliat : E bello Cameracenſe, adverſus Venetos geſto, domum revocatur. Canonici Wormacienſes, qui annos propemodum decem exulaverant, ipſius & antiſtitis Trevirenſis operá reſtituuntur. Plebem Erfurdianam contra Senatum tumultuantem placat, & Urielem antiſtitem Moguntinum diſſenſiones alentem, ut ſui eum inſtituti pœniteret, adigit. Academiæ Wittebergiæ, adjutore Erneſto fratre, antiſtite Magdeburgio, fuit fundator liberalis, quæ celebritate ſolenni die D. Lucæ Evangeliſtæ inchoatur anno 1502. Martinum Lutherum contra hoſtes defendit. Philippum Melanchthonem, ex Johannis Reuchlini, Viri optimi, ſorore natum, Tubingâ evocat : quorum virorum ſumma diligentia vera & antiqua de DEO, & ſalute hominum doctrina, tum Philoſophiæ artium & literarum omnium elegantia, cum præcipuarum linguarum ſtudiis maximo



DEI

DEI beneficio ſunt apud Saxones reſtaurata & propagata, non modo per Germaniam, ſed per vicinos populos, & aliquot regna externa. Vivente Maximiliano gubernator Imperii fuit, quod certo etiam numiſmate declaratur, (& ex Inſcriptione portæ arcis Witebergenſis haud obſcurè patet: *D. FRIDERICI Ducis Saxoniæ Sacri Rom. Imp. & ejusdem Cæſariæ Majeſtatis Archimarſchalli, Electoris &* Locumtenentis Generalis, *Landgravii Thuringiæ, & Marchionis Miſniæ, ſumptu M. D. XVIII.*

*Struximus hæc Divis & noſtræ cuncta ſaluti,*
*Et pro Saxonicæ poſteritate domus.*)

Poſt obitum verò ipſius (*Maximiliani*) delatam ad ſe omnium Electorum ſumma voluntate dignitatem Imperatoriam recuſat accipere, Carolo autem V. ad eam ſuâ ſententiâ profuit potiſſimum. (Nec tamen ſalutem & libertatem Patriæ neglexit, dum teſte *Sleidano lib. 1. pag.* 24. in collegio Electorali dixit: Placere ſibi, ut Carolus renuncietur Cæſar, veruntamen certis Legibus, ut & Germaniæ ſua libertas conſtet, & ea, de quibus facta mentio, pericula vitentur. Unde Capitulationes, quibus adhuc Electores ſibi & Imperio de libertate proſpiciunt, Cæſareæ ſuam habent originem.) Friderico III. Maximiliano I. Carolo, V. Imperantibus, trigeſies Comitiis & conventibꝰ interfuit. Electoratum adminiſtravit juſtitia & pietate annos XXXIIX. Vixit cælebs annos 61, menſes 3. dies 9. horas fermè quatuor. Obiit Lochaviæ (*quæ nunc eſt Anneburgum*) die 5. Maji 1525. morbo nephritide. Conditur primus Wittebergæ in templo, ubi ſequens reperitur epitaphium.





*Hæc quicunque vides oculo properante viator,*
*Ad ſacra ne pigeat ſiſtere buſta pedem.*
*Ille ego FRIDERICUS, Duce quo Saxonia felix*
*Ardua ſacratum tollit ad aſtra caput.*
*Qui quamvis tota arderet Germania bellis,*
*Effeci pacem gentibus eſſe meis.*
*At ſenio tandem longis confectus ab annis*
*Hîc tegor, exiguô conditus in tumulo.*
*Virtutum laudes & famam longa mearum,*
*Poſteritas ſemper, ſit modo grata, feret.*

In eodem epitaphio habetur quoque ſymbolum pientiſſimi Electoris:

VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM.

Idem anno 1513. Monumentum Imperatori OTTONI III. Wittebergæ erigi curavit:

Imp. Cæſ. OTTONI. Aug. III. ex. Gentil. Magni. WITEKENDI. Saxon. Reg Cæſ. OTTONIS. Aug. II. fil. Cæſ. OTTONIS. Aug. Magni. nep. Reg. HENRICI. Aug. Aucupis. pronep. OTTONIS. Ducis. Saxon. & Rom. Imperii. Gubernatoris. abnep. LUITOLFI. Saxon. Duc. atnep. BRUNONIS. que. Saxon. D. &. WITEKINDII. fratris. trinepoti. Ob. X. KLS. Febr. anno. Salut. M. II. Regni XIX. Imperii. V. Quod. viſcera. ejus. hic. condita. jacen. FRIDERICUS III. Dux. Saxoniæ. Princeps. Elector. Comes. Provincialis. Thuringiæ. March. Miſniæ. & Sacr. Rom. Imperii. LOCUM TENENS. Generalis. Progenitorib. dulciſſ. faciendum. curavit. Sal. ann. M. D. XIII. V. Idus. Maji.

Laudes laudatiſſimi Principis argutè exprimuntur ab *Elia Reuſnero in Stemmatographia Saxonica*, his verbis:

*Princeps pietate & prudentia præſtantiſſimus, juſtitia atque animi magnitudine nulli ſecundus: Sapientiæ domicilium: Conſiliorum theſaurus; legum defenſor: controverſiarum finis: Imperii Romani columen: Patriæ monumentum: morum ſpeculum: Decus Principum: & juxta nomen ſuum,* DIVES *amator* PACIS: *Eccleſiarum denique & ſcholarum nutritius optimus.* Tandem hæc coronidis loco addit: *Ex ipſius manuum ſoliditate & robore Sulthanus, qui* (1493) *Palæſtinam tenebat, judicium ſumſiſſe ſcribitur:* Fridericum hunc nobili & generosâ editum fuiſſe ſtirpe.

In altera uncialis Saxonici facie duas videmus imagines, JOHANNIS nempe & GEORGII, Ducum Saxoniæ.

Ille, nimirum JOHANNES nat. 1469. fratri, ſine liberis defuncto, in Electoratu ſucceſſit, ob perſeverantiam in vera religione CONSTANS cognominatus eſt. FRIDERICO III. Imperatori in itinere Italico ipſum comitem fuiſſe adoleſcentem, *Cranzius* ſcribit. Auſpiciis Imperatoris MAXIMILIANI primùm in Pannonia inferiore, dein in Italia Transpadana militavit, ibique in oppugnatione *Albæ Regalis* inter primos ipſemet muros conſcendit, unde *Coronam muralem* reportavit. Cum fratre FRIDERICO ita vixit, ut non ſolum eſſet perpetua ipſorum concordia, ſed etiam mutuus amor, qui in utriusque ſenecta, periculis & graviſſimis deliberationibus etiam crevit. Initio ejus gubernationis agreſtium tumultus e diœceſi Fuldana in Thuringiam effundebatur, tantâ celeritate & impetu, ut niſi maturè Principes arma ſumſiſſent, maximum exortum fuiſſet incendium. Cum autem ad Francohuſiam unô præliô victi & diſſipati eſſent, Ele-



ctor Vinariæ, Jenæ, Iſenaci de auctoribus pœnas gladio ſumit, & civitatibus arma adimit. In Comitiis Auguſtanis anno 1530. fidei ſuæ, & aliquot conjunctarum Eccleſiarum confeſſionem Imperatori Carolo V. Rege Ferdinando, omnibusq; Imperii ordinibus, multis etiam exterorum Regũ legatis præſentibus palam, conſtanter, excelſo intrepidoque animo exhibuit, à qua nullo deinceps periculo aut terrore abduci unquam potuit. Prima ejus uxor fuit SOPHIA, MAGNI Mekelburgici Ducis filia; altera MARGARITA, filia WALDEMARI Principis Anhaltini. obiit in arce Sweinitz 13. Aug. 1532. ſepultus Wittebergæ in templo arcis, ubi tale ipſi erectum eſt Epitaphium:

*Condita Saxonici ſunt hic Ducis oſſa JOHANNIS,*
*Qui colit vera cum pietate DEUM.*
*Et donec patriæ tenuit moderator habenas,*
*Tranquillæ cuſtos pacis, & autor, erat.*
*Quanquam Evangelium dum ſpargi curat in Orbem,*
*Inſidiis vidit ſeque ſuosque peti.*
*Attamen hâc ſemper vicit ratione, nec unquam*
*Bellica civili prætulit arma togæ.*
*Inter felices animas, Te CHRISTE, precamur,*
*Ipſius manes ut tueare pios.*

GEORGIUS, cujus imago tertium in nummo locum habet, qui modò dives, modò barbatus audit, fuit filius ALBERTI Animoſi, & nat. 24. Aug. 1471. Juvenis olim â Maximiliano I. Cæſare Friſiæ præfectus: quarto â patris obitu anno arma in eosdem rebelles movit: ditiones ſuas magna cum juſtitiæ, clementiæ & prudentiæ laude rexit in annum usque quadrageſimum,



poſt

poſt omnium tandem heredum mortem mœrore,curis & ætate confectus deceſſit Dresdæ anno 1539. 17. April. magno cum pontificiorum dolore: quibus inſtigantibus & incendentibus, inflammatus odio & zelô præter ſcientiam Henricum fratrem, ob Lutheranum (ut vocant) dogma, exuere hereditate ac ſucceſſionis jure privare ſtuduerat, atque aliò transferre terras ad ſententiæ & ſectæ ſuæ complices: verùm, Deo ſic ordinante, quia conatus fuerat morte præventus, exſequi non potuit: vixit annos 67. menſes 7. dies 21. Miſnæ ſepultus.

## CAPUT V.

## *De tertio antiquo imperiali, Bohemico nempe ſive Schlicenſi, ejusque auctoribus.*

Tertius imperialis antiquus Slicenſis vocatur, **Schlicken-thaler**/ præcedenti, ratione materiæ & ponderis, non cedit, de quo ſæpè laudatus *Tilem. Friſius loco citato* ita ſcribit: **Darnach/ als das Bergwerck zum Joachimsthal** anno 1517. **angieng/ und in den vollen ſchwang gebracht/ haben die Herren Schlicken/** ( **darnach** anno 1522. (fortaſſis 1627.) **König** Ferdinandus) **die dicken Pfennige bey hauffen ſchlagen laſſen/ mit dem Bilde** JOSEPHI, **davon die Joſepher/ und dem Bilde** S. JOACHIM, **davon ſie von der Berg-Stadt Joachims-Thaler genant ſind.** Inveniuntur autem tria talium Joachimicorum genera, quorum primum caret anno impreſſionis, alterum anno 1525. & 1526. cuſum eſt, utrumque in averſa facie habet Leonem, Bohemici Regni



gni inſigne, cum inſcriptione LUDOVICUS PRIMus Dei GRatia Rex BOhemiæ: propter hanc Leonis figuram procul dubio à Turcis omnes imperiales promiſcuè thaleri Leonini, **Lewenthaler** vocantur. Anterior facies imaginem S. Joachimi, clipeum cum inſignibus Ducum Slicenſium tenentis exhibet, cum tali inſcriptione:

ARma DOMInorum SLIcenſium STEphani
ET FRanciſci COmitum De BAſan.

uti ex appoſitis ſchematibus apparet:




Primos in valle Joachimica, quæ antea **Conradsgrün** appellata fuit, factos fuiſſe anno 1518. ex Chronico vallis S. Joachimi à *Johanne Matheſio* deſcripto, videre eſt, quod laudatus *Matheſius* Sareptæ ſuæ adjunxit.

Cuſi autem ſunt tempore LUDOVICI I. Regis Bohemiæ, cujus aliquot cognati ſequenti tabula genealogica exhibentur.

CASIMIRUS, Rex Poloniæ. ELISABETHA, filia Alberti II. Imperatoris.

VLADISLAUS, Rex Hung. & Bohem.

LUDOVICUS, Rex Hung. & Bohem. nat. 1503. †. 1526. Auguſt.

ELISABETH ANNA, Ux. Ferdinand. I. Imperat.

CAROLUS.

FERDINANDUS II. Imperator.

FERDINANDUS III. Imperat.

LEOPOLDUS Magn. Imperat.

JOSEPHUS, Rex Roman. Hung. Dalm. Croat. Slavon, &c. n. 1678.

MARIA, Ux. Wilhelmi Duc. Juliaci.

MARIA ELEONORA, Ux. Alberti Frideric. March. Brand.

MAGDALENA SIBYLLA, Ux. Johann. Georgii I. El. Sax.

AUGUSTUS, Dux Sax. Adminiſtrator Magdeburg.

MAGDALENA SIBYLLA, Ux. Friderici Splendidi.

FRIDERICUS, Dux Sax. Jul. Clivi. Mont. Angr. Weſtphaliæ, &c. n. 1676.

MARIA ELISABETH, Ux. Friderici Duc. Slesvv. Holſat. &c.

CHRISTIANUS ALBERTUS, Dux Slesvv. Holſat. &c.

FRIDERICUS, Heres Norvag. Dux Slesvv. Holſ. &c. n. 1671.



Ludovicus hujus nominis I. inter Bohemiæ, inter Hungariæ Reges verò II. vel ideo notabilis eſt, quod omnia ipſi immatura acciderunt. Nam immatura ejus fuit nativitas adeò, ut ſine cuticula exteriore à matre editus fuerit in lucem, cujus productionem poſtea Medici unguentis procurare debuerunt. Natus autem eſt anno Chr. 1503. Tertio ætatis anno ineunte Hungariæ, quarto vix completo Bohemiæ Rex creatus eſt. In pueritia caneſcere, & anno ætatis XV barba ipſi creſcere cœpit: vivo Patre ſponſalia cum Maria, Philippi I. Regis Hiſpaniarum filia, ſorore Caroli V. celebravit, quam pubes factus domum duxit, nullos tamen ex ea liberos ſuſcepit. Ob teneram ætatem ipſi Ephorus, nempe Georgius Marchio Brandeburgicus præfectus eſt. Illi verò, quibus educatio ejus commiſſa erat, Regi otium magis ſectari indulſere, quàm ſtudiis & laboribus operam dare eum inſtigarunt, ut aliquando ſub imperito Rege publica negligere, propria verò curare commoda impunè poſſent. Vix XXI. ætatis annum attigerat, cum Solymannus Turcarum tyrannus exercitu permagno ipſum adortus eſt, & cruento ad *Mogazium* prælio commiſſo, exercitum ejus ex XXV mille militibus conſtantem profligavit. Rex fugâ arreptâ in palude anno 1526 menſe Auguſto periit:

Eodem prælio etiam obiit STEPHANUS Comes SLICENSIS, qui cum fratre FRANCISCO unciales Slicenſes in vale Joachimica cudi curavit. Deſcendunt autem hi Comites à CASPARO SCHLIKIO, qui teſte *Melchiore Adamo in Vitis JCtorum Germanorum ad annum 1449*, matre Italica ex comitibus *Alti collis* agri *Tarviſini*, pa-

 tre

tre Germano natus, ex familia *Lazana*, Provinciæ Franconiæ. Cum à teneris ad literarum ſtudia gnaviter incubuiſſet, doctrinæque ſupellectilem non contemnendam ſibi comparaſſet, accedente ſingulari prudentiâ & ſuavi facundiâ, à *Sigismundo* Cæſare in aulam fuit adſcitus, atq; Secretarii, mox Cancellarii munus obire juſſus.

Eo in officio ardua Imperii negotia magna cum diligentia expedivit, atque controverſias plurimas prudenter compoſuit. Anno 1431, durante Synodo Baſileenſi, cum Cæſare *Sigismundo* in Italiam eſt ingreſſus: ac Romæ inaugurationi ejusdem, ab *Eugenio* P. P. factæ, interfuit, & (*verba Æneæ Sylvii ſunt*) militiam ibi ſuſcepit & aureum calcar. Eodem tempore, dum Senis Imperator, ob *Eugenii* animum à ſe alieniorem, aliquantisper ſubſiſtit, *Slikius* forma & blanditiis illectus deperire cœpit quandam juvenculam patricii ordinis. Amores iſtos poſtea *Sylvius* deſcripſit ſub *Euriali* & *Lucretiæ* nominibus, cujus tamen eum Pontificem factum pœnituit.

Cum autem Slickius Auſtriacæ eſſet deditiſſimus, Apud *Sigismundum* Cæſarem id cum aliis unicè egit, ut Albertum Auſtriacum generum ſibi eligeret, elocatâ ipſi *Eliſabethâ* filiâ, & dote oblatâ ampliſſimâ. Idem *Slikius Sigismundo* Auguſto paulo ante obitum *Albertum* illum ſucceſſorem nominante, & à proceribus *Hungariæ* ac *Bohemiæ*, ut ratam ſuam voluntatem haberent, petente, ad *Albertum* miſſus legatorum princeps fuit, eique in Cancellariatu, dum ſummæ Imperii Romani præfuit, fideliter ſervivit, atque tàm ſub *Alberto II.* quàm *Friderico III* Auguſtis, Cancellarius res maximas patravit. Itaque *Fridericus* Cæſar Virum, de Auſtriacis Principibus & Rep. præ-



præclarè meritum, *Comitu de Baſan* titulo exornavit, atq; bonis & poſſeſſionibus multis in finibus *Marchæ Tarviſianæ* ditavit; cum jam antea à prioribus Dominis parte *Joachimicæ Vallis* eſſet donatus. Virtute itaque duce, comite fortuna Comes factus, illos nobis in Orbem Dynaſtas produxit, qui etiamnum in Valle Joachimica ac finibus Bohemiæ amplam obtinent ditionem, & vulgo *Comites de Schlik à Baſano & Weiſſenkirch* nominantur. De hac vita diſcedit apoplecticus Heros hic, virtute & doctrinâ verè Illuſtris, anno milleſimo quadringenteſimo undequinquageſimo die Sabbathi poſt feſtum *S. Ulrici* Epiſcopi. Viennæ Auſtriæ apud Carmelitas cum conjuge humatus.

Æneæ Sylvii, poſt Pii II. Pontificis, quî cum ſingularis ipſi interceſſit amicitiæ uſus, hoc de Schlikio eſt elogium: *Vir*, inquit, *ingeniô dextrô*, *facundiâ ſuavi*, *doctrinæ cultor ad omnia genitus*, *quæcunque ageret. Quem usque adeò fortuna & virtus extulit*, *ut quod erat prius inauditum*, trium Cæſarum *ſucceſſivè regnantium* Cancellariæ *præfuerit. Unus ex* Ducibus Sleſiæ filiam *ipſi in* matrimonium *tradere non recuſarit. Sigismundus illi* Egram & Cubitum *& alia in Franconia oppida dono dedit. Albertus in Hungaria* Caleſium & Albam Eccleſiam. *Fridericus in Auſtria* Græziam. *Verſatile profectò ingenium*, *& naturæ bonitas ſingularis*, *quæ inter tot Imperatores*, *moribus*, *prorſus diſpares*, *pari gratia vivere potuit. Nos hujus amicitia in curia Friderici Cæſaris uſi*, *ſi quid profecimus*, *quod ſcimus quam tenue eſt*, *adjumento ejus conſecuti ſumus. Epiſcopatum certè* Tergeſtinum, *unde reliquæ dignitates provenere*, *ipſe nobis primus committi curavit.* Hæc Sylvius.

Sta-

Staturæ fuit non eminentis, ſed lætæ gratæque habitudinis, illuſtribus oculis, magis ad gratiam tumeſcentibus, cæteris membris non ſine quadam majeſtate decoris naturæ correſpondentibus. Optaſſe ipſum *Sylvius* ſcribit: *Ut omnes Reges aliquando privati & pauperes fuerint; neque enim ſatis miſereri, qui nunquam fuiſſet miſer.*

Tertium Genus paulò elegantius & nitidius elaboratis & expreſſis ſuperbit figuris ac literis, dum non nudum, ſed tribus galeis coronatum à S. Joachimo tenetur ſcutum, cum hâc epigraphe: ARMA. DOminorum. SLICenſium. STEFani. ET. FRAnciſci. Comitum. DE. BASAN. anno 27.

Adverſâ facies itidem Leonem Bohemicum exhibet cum tali inſcriptione:

FERDINANDUS PRIMUS DEI GRAtia REX BOEMIæ.




Ferdinandus hic, ut ex præcedentibus patet genealogiis, fuit filius Philippi Regis Hiſpaniæ, & Nepos Maximiliani I Imperatoris, frater germanus Caroli V.

li V.



li V. Imperat. Progenitor Sex Imperatorum, inter quos adhuc victorioſè imperat ejus Abnepos, Auguſtiſſimus LEOPOLDUS Magnus, cui non ego tantum, ſed omnes DEUM & Patriam ſincerè amantes, vitam longam, animi corporiſque vires conſtantes, victorias glorioſas, triumphos ampliſſimos, felicitatem perennem, ſuoque tempore æternam beatitudinem ex devoto apprecantur animo.

Elegantem nunc caſum, à JCto celeberrimo JOH. REBHAN in diſputatione Juridica Argentorati, Reſpondente *Reinhardo Scheffero Caſſellano*, anno 1664. habita, deciſum, hîc repetere, operæ pretium erit.

Quæritur autem, *an ſi ſpecies debita amplius non reperiatur, nec à debitore ſolvi poſſit, præſtando æſtimationem cum intereſſe debitor liberetur?*

Perilluſtris Dn. Comitis N. N. ab O. Proavus, à perilluſtris Dn. Comitis N. N. à D. proavo XX. millia thalerorum, quos *Schlickianos* vocant, ante ſeculum, & quod excurrerat, mutuos acceperat, & ſpoponderat ſolutionem in eadem monetæ ſpecie, **in Schlickenthalern** facere, interea Baronia certa eidem ad antichreſin datâ. Pronepos reluiturus baroniam oppignoratam, affert creditoris pronepoti ſucceſſori ſolutionem dictæ ſummæ mutuo datæ, in Joachimicis quidem, ſed cum auctario bis mille thalerorum, ſi ſua tanti intereſſet. Creditor ſolutionem in hâc monetæ ſpecie recipere recuſat, provocans ad chirographum, hujuſque tenorem, ſecundùm quem ſolutio in thaleris *Schlickianis* ſit facienda. Debitor replicans, tales thaleros amplius, ſaltem tantam ſummam haberi non poſſe, propterea etiam ſe auctarium tantum loco intereſſe obtuliſſe: creditor inhæret chirogra-

 gra-

grapho, ita ſuum proavum ſtipulatum eſſe, ita debitoris proavum promiſiſſe, fidem omnino ſervandam eſſe.

Res demum ad Carolum V. Imperatorem laudatiſſimum delata, qui amicabili transactione cauſam hanc componere modis omnibus ſatagebat, ſed fruſtra, creditorem ſemper ad chirographum, & promiſſionem factam provocante & proteſtante, ne aliud pro alio ipſi invito obtruderetur. Cum itaque Imperatori ſpes omnis ad amicabilem compoſitionem decollaſſe videretur, ſimul etiam ſuboleret, creditorem Baroniam debitoris inhiare, decreto illuſtriſſimæ *Schlickianæ* familiæ injunxit, ut ad ſummam debitam exſolvendam ſufficientem, thaleros ſub illo apoſphragismate (*ſignatura*) priſtino cuderet, & debitori, qui ſumtus præſtiturus, traderet; quô factô, thaleris illis revera *Schlickianis* creditori ſatisfaciens, Baroniam avitam reluit, prudentiſſimusque Imperator hâc ſuâ ſagacitate iniquitatem creditoris illuſit.

Sed, quid de jure, an debitor certæ ſpeciei, ſi ea amplius haberi, atq; ita à debitore præſtari non poſſit, ſolvendo æſtimationem, & quanti ſua intereſt, ab obligatione jure liberari non poteſt?

Arbitror omninò liberari poſſe. Licet enim jure certum ſit, obligationem omnem tolli ſolutione ejus tantummodo, quod debetur. *pr. Inſt. Quib. mod. toll. oblig.* ſive faciendo id, quod quis promiſit. *l. 176. §. ult. ff. de V. S.* conſequenter creditor invitus jure cogi non poſſit, ut aliud pro alio accipiat: minus debitori integrum ſit, creditori invito aliud pro alio obtrudere. *d. pr. Inſt. Quib. mod. toll. oblig. l. 2. §. 1. ff. de Reb. Cred. l. 50. l. 98. §. 6. verſ. nemo. ff. de ſolut. l. 16. l. 17. C. eod.*

Attamen hoc regulariter tantum verum eſt, & ubi creditor id, quod debet, in ſpecie præſtare potis eſt: ſecus tamen, ubi ſpecies debita amplius reperiri aut haberi non poteſt. *Bart. ad d. l. 2. §. mutui datio. 1. ff. de Reb. cred. n. 21. Jaſon ibid. n. 8. Gail. 2. obſ. 73. n. 8.* tunc enim debitor ſolvendo æſtimationem, & ſi creditoris interſit, h. e. ſi fortè damnum inde is ſentiat, intereſſe præſtando omninò liberatur: & quidem (1) per *l. 99. ff. de ſolut. ibi: Creditorem non cogendum eſſe in aliam formam accipere, ſi ex ea re damnum aliquid paſſurus ſit.* E. argum. à contr. ſenſu ded. *Si damnum paſſurus non eſt, cogi poterit.* (2.) quando res debita non extat, vel præſtari omninò non poteſt, tunc rectè in ejus locum ſuccedit æſtimatio ſive pretium rei, *l. ſi vendidero. 80. §. 1. ff. de Furt. l. Stichum aut Pamphilum. 95. §. 9. ff. de ſolut. l. 14. ff. de Legat. 3.* & quamvis æſtimatio aliud ſit, quam res, ipſam tamen rem repræſentare dicitur. *l. 33. & 34. ff. de Pecul.* (3.) quia ſurrogatum ſapit naturam ſurrogantis, & nova moneta ſuccedit in locum antiquæ, ideoque ſortitur naturam ejus, in cujus locum ſubſtituitur, & per conſequens ſolutio fieri poteſt ſecundùm bonitatem, id eſt, æſtimationem. *Althuſ. 1. dicæolog. 36. n. 1. ſqq. Gail. 2. Obſ. 73. n. 6. ſeq.* ibique allegatus *Mynſing. 4. Obſ. 1. n. 6.* Ubi etiam præjudiciò Camerali hanc ſententiam confirmat. add. *Berlich. 2. Concluſ. Pract. 35. n. 8. & Carpz. Juriſpr. For. p. 2. conſt. 28. def. 3. n. 6.*

Prolixiùs hæc ipſa probat *Jacobus Alemannus in Palæſtra Conſultat. IIX. quæſt. princip. 6. pag. 816.* ex ſuffragio & opinione quorundam juris interpretum: quibus accenſentur Martinus Carratus Laudenſis *Tr. de Monet. n. 5. verſic. Generalem eſſe conſuetudinem.* Franciſcus Curtius *eod. Tract. Num. 23. verſic.* Quod diverſa pecunia in forma; & aurea pro argentea; & contra ſolvi poſſit, ex generali conſuetudine receptum.

ceptum. Franciſc. Hotomanus *quæſt. Illuſtr.* 15. *incipit. Ad hujus quæſtionis circa medium. pag.* 131. 135. Dd. *ad l. cum quid* 3. *ff. de Reb. cred.* Ubi Hugo Donellus *num.* 10 Johannes Parladorius *Rer. quotidianar. lib.* 2. *cap. ult. part.* 5. §. 17. *num.* 8. Joh. Zanger *de Except. part.* 3. *cap.* 1. *incip. Solutionis num.* 74. *pag.* 259. Ubi ſubſumit ex ſententia Hotomani, Briſſonii, Donelli & aliorum, verius eſſe, debitorem pro aureis nummis rectè reddere argenteos, vel etiam æreos; dummodo reddat ad eam quantitatem ſeu æſtimationem, probos & locabiles: nec creditor inde damnum patiatur, &c. Eman. Soarerz. à Ribeira *in Theſauro receptar. ſententiar.* lit. *M. verbo:* Moneta. *num.* 205. *pag.* 181. ubi ita notat: monetam minutam pro aureis ſolvi poſſe, conſuetudinem, jure potiorem atq; antiquiorem, admiſiſſe: quamvis nullam de illa (*conſuetudine*) obligatio fecerit mentionem.

Ex ſupra dictis, de imperialibus Slicenſibus Caroli V Imperatoris iuſſu cuſis, colligo illos, in quibus annus impreſſionis nempe 1526 conſpicitur, eſſe tales recens factos, vel, quod quodammodo magis probabile eſt, eos, qui ſub titulo Ferdinandi I Regis Bohemiæ an. 1527. editi ſunt, eſſe habendos pro recentibus, quia nimirum in iſtis æquè, ac in antiquioribus extant nomina *Stephani & Franciſci Comitum*, cum tamen ille, nempe *Stephanus* eo tempore non amplius in vivis fuerit, ſed anno 1526 pariter cum *Ludovico* Rege in prælio cum Turcis habito perierit. Licet ergo non amplius vixerit, nihilominus ob rationem politicam ejus æquè, ac viventis nomen nummo impoſitum eſt. Simili ratione in hoc ſeculo GUSTAPHI ADOLPHI Reg. Suec. Glorioſiſſ. memor. imago & titulus, quaſi viventis, quam plurimis aureis, annis 1633 & 1634 cuſis, impreſſus eſt, cum tamen an. 1632 in prælio Lüzenſi vitam amiſerit, uti in diſſertatione mea de *Nummis Chymicis* prolixius expoſitum fuit. Poſt annum 1525 nulli amplius unciales cum inſignibus Comitum Slicenſium facti ſunt, quoniam in valle Joachimica jus cudendi monetas anno 1528. ad Regem Ferdinandum tranſiit, ipſam vallem verò cum fodinis retinuerunt usq; ad an. 1545. quo ipſam quoq; Regi ceſſerunt. Hæc ſunt, B. L. quæ de antiquiſſimorum uncialium triga nunc indicanda eſſe ratus ſum, quæ ſi non diſplicuerint, fortaſſis V. D. alia de rarioribus ſequentur Nummis.

Δ. Τ. Θ.

BIBL. UNIW. WROCŁAW

2

# SAMUELIS REYHERI, JC.

In Illuſtri Chriſtian-Albertina,
Cod. & Mathem. Prof. Publ.

Diſſertatio Juridico-Hiſtorica,
De
# CRUCIFIXI JESU TITULIS,
Puniendorum
SUPERDICTIONIBUS,
nec non
Exaltationis
HORA.

---

Proſtat Lipſiæ, ap. Joh. Sebaſt. Richel.
CIↃ IↃ C IIIC.

BIBL. UNIW. WROCŁAW